

Band V., Nr. 1601, Seite 362-363

Abt Hermann von Blaubeuren beurkundet, dass Pfalzgraf Hugo von Tübingen um seines und seiner Vorderen Seelenheils willen seinen Anteil an dem Patronat der Kirche zu Hausen, die Vogtei über dieselbe und über das Gut des Klosters daselbst diesem letzteren überlassen habe, und verkauft alle diese Rechte an das Kloster Urspring.

Blaubeuren im Kloster, 1260. August 17.

Hermannus dei gratia abbas in Blaburrun, Constantiensis dyocesis, omnibus presentem paginam inspecturis salutem in eo qui est salus omnium et notitiam rei geste. Quia ius patronatus sive ius presentandi in ecclesia sita Husin supra monte ultra Shælcingin ad illustrem dominum nostrum comitem Hugonem pallatinum de Tuwingin et ad nos de consensu conventus nostri monasterii vicissim pertinet, ita quod dictus dominus noster pallatinus vice unica et nos alia vice, cum prefatam ecclesiam vacare contigerit, debeamus ad ipsam vacantem clericum presentare, ius vero advocatie super predium nostrum et nostri monasterii situm in prefata villa Husin et super prenominatam ecclesiam ad sepefatum dominum nostrum pallatinum solum pertineat pleno iure, noveritis singuli et universi presentem paginam inspecturi, quod sepedictus dominus noster comes Hugo pallatinus de Tuwingin iura prenominata, videlicet ius patronatus sive presentandi in ecclesia Husin et ius advocatie super eandem ecclesiam et dotem ecclesie et super predium nostrum situm in predicta villa nobis et nostro monasterio donavit in anime sue et suorum progenitorum remedium pure et simpliciter propter deum renuntians pro se et suis heredibus omni iuri, quod habuit in omnibus prenominis. Nos vero maturo consilio prehabito cum expresso consensu conventus nostri monasterii et consilio sepedicti domini nostri pallatini sepedictum predium nostrum in Husin cum iure patronatus et cum iure advocatie et breviter cum omnibus appenditiis, agris et ortis, pratis et nemoribus et omnibus suprascriptis dilectis in Christo magistre et sororibus in Vrspringe et earum monasterio pro constituta inter nos pecunia donavimus, id est donatum esse ostendimus titulo emptionis. In quorum scilicet donationis nobis et nostro monasterio a sepefato domino nostro pallatino facte et venditionis a nobis ut prescriptum est postmodum facte et in omnium prescriptorum efficax testimonium presentem paginam sigillo domini nostri prefati Hugonis comitis pallatini et sigillo nostro duximus roborandam. Testes omnium prescriptorum sunt: dominus Senflinus senex, dominus Cvnradus de Obenhusin¹, dominus

¹Vielleicht Obenhausen, Buch (Schwaben), NU.

II

Hainricus Welzo de Rugge, magister Rvdolfus Shainbvch, prior in Vrspringe, frater Ludewicus, frater Cvnradus, frater Hainricus, frater Rvdolfus, conversi de Vrspringe, Cvnradus notarius plebanus de Lovphain, Rvdolfus advocatus dicti pallatini et alii quam plures clerici et laici.

Datum aput Blaburun in monasterio sive claustro sancti Iohannis, anno domini M^o. CC^o. LX^o., sexto decimo kalendas Septembris, indictione tertia.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

Noch sind zwei grüne und weiße Seidenschnüre durch die Urkunde geschlungen, an deren ersterer in einem Leinensäckchen eingenäht die Reste eines ganz zerbröckelten Siegels, vom zweiten Siegel ist nichts mehr erhalten.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 511 U 303

Überlieferung und Textkritik:

Original. Regest im Rep.-büchlein von Kloster Urspring: HStA Stuttgart B 511 U 843, S. 1.

Editionen:

Schmid: Pfalzgrafen von Tübingen, Urkundenbuch, S. 22.

Regesten:

Stälin: Württembergische Geschichte, Bd. 2, S. 449.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Blaubeuren im Kloster

Ortsindex:

Blaubeuren Wohnplatz (16722)

Blaubeuren, UL

Feste Ruck Wüstung (23871)

Feste Ruck, Blaubeuren, UL, W

Hausen ob Urspring Wohnplatz (16935)

Hausen ob Urspring, Schelklingen, UL

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Laupheim Wohnplatz (17365)

Laupheim, BC

Obenhausen, Buch (Schwaben), NU

Schelklingen Wohnplatz (16943)

Schelklingen, UL

Tübingen Wohnplatz (16214)

Tübingen, TÜ

Urspring Wohnplatz (16951)

Urspring, Schelklingen, UL